Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26327
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Propterea inquid debemus amplius intendere his que di
cuntur. ne forte perfluamus. Illud uero quis taceat quod
sub enigmate scribitur. sanguisuge tres filie erant dilec
tione dilecte & iste non saturauerunt eam. & quarte non
sufficit & dicere satis est. Si sanguisuga diabolus est. diabo
li filie sunt dilectione dilecte que saciari interfectorum
cruore non possunt. Infernus. & amor mulieris. & terra
arens. & ignis exestuans. Non hic de meretrice non de
adultera dicitur. sed amor mulieris generaliter accusatur
qui semper insaciabilis est. qui extraneus accenditur. &
post copiam rursum inops est. animum q. unilem effe
minat. & excepta passione quam sustinet aliud non
sinit cogitare. Simile quid & in sequenti parabola le
gimus. Per tria mouetur terra. quartum uero non po
test ferri. Si seruus regnet. & stultus si saturetur pani
bus. & odiosa uxor si habeat uirum bonum. & ancilla
si eiciat dominam suam. Ecce & hic inter malorum
magnitudinem uxor ponitur. Quod si responderis &
uxor odiosa. dicam tibi quod & supra ad hoc pericu
lum imminet. fieri graue est. Cum enim ducit uxorem
in ambiguo est utrum odiosam an amabilem ducat.
Si odiosam duxerit. ferri non potest. Si amabilem. a
mor illius inferno & arenti terre & incendio compa
ratur. Veniamus ad ecclesiasten. de ipso quoq. testimo
nia pauca ponentes. Omnibus tempus est. & tempus
omni rei subcelo. Tempus pariendi. et tempus mori
endi. Tempus plantandi. & tempus euellendi quod
plantatum est. Reperimus in lege cum moyse. mori
amur in euangelio cum xpo. Plantauimus in nup